

Namque erit ille mibi semper¹ Deus : ² illius aram
 1 Deus unde s̄epe tener nostris ab ovibus ³ imbuet agnus.
 dictus sit, va-4 Ille meas ⁵ errare boves (ut cernis) & ipsum
 rie hic sese ⁶ Ludere, quæ vellem, ⁷ calamo permisit agresti. ¹⁰
 offerunt eru- ME. Non equidem ⁸ in video, miror magis : undique totis
 ditorum ⁹ Usque adeo turbatur agris : en ipse capellas
 sententiae. Alii enim ¹⁰ Protinus æger ¹¹ ago ; hanc etiam ¹² vix, Tityre, duco.
 dando dedu- Hic inter densas corylos ¹³ modo namque ¹⁴ gemellos,
 cunt, quod ¹⁵ Spem gregis, ab ! filice in ¹⁶ nuda connixa re-
 Deus det omnia , tan- liquit. ¹⁵
 quam bono- Sæpe ¹⁷ malum hoc nobis, si mens non lava ¹⁸ fuisset,
 rum omni- ¹⁹ De cælo tactas memini prædicere quercus,
 um fons. Alii a Græco Sæpe ²⁰ sinistra cava ²¹ prædicta ab ilice cornix.
 Deos, quod Sed tamen ²² iste Deus qui si: ²³ da, Tityre, nobis.
 timorem si-
 gnificat, tanquam sit res aliqua , cui debeatimur timor. Hinc illud Sta-
 tii: Primus in orbe Deos fecit timor. Plerique a Græco vocabulo Θεός
 deducunt, quod quidem derivant vel a Θεοματι, id est, video, quod
 Deus omnia videat: vel a Θέω, pro quo usitatus est τίτην, id est,
 dispono, quod Deus omnia rite & suo quæque ordine disponat. Cæte-
 rum solent Latini scriptores vocem Dei etiam iis tribuere, qui in re
 aliqua eximie multumque supra cæteros velut Dii quidam excellunt.
 Item qui nobis auxilio, præsidio ad salutem, libertatem, ad res deni-
 que magnas nobisque necessarias, singulari ac divino fuerunt: ita ut
 hic Tityro Augustus vocari Deus recte possit ob magnitudinem colla-
 ti in ipsum beneficium. Ter. Adelph. Laudarier te audit libenter: facio
 te apud illum Deum. ² In honorem ejus ædificatam. ³ Sanguine suo
 resperget. ⁴ Vide Senecam de Beneficiis, l. 4. c. 6. ⁵ Libere vagari
 ac pasci. Ut Ecl. 2. Mille meæ Siculis errant in montibus agnæ. Horat.
 Ode 2 Epod. Aut in reducta valle mugientium Prospectat errantes greges.
 6 Versibus scribere. Sic Georg. 4. Carmina, qui lusi pastorum. Scien-
 dum est, legem fuisse latam, ut nullus aliquid componebat, ni prius
 ad ædiles accessisset, & scribendi veniam, cum illi prius scriptoris vires
 perpendisset, mox secundum ingenii capacitatem & doctrinam
 dabant componendi potestatem, impetrasset: deinde præerant recitan-
 dis, & recitata emptitabant. ⁷ Fistula sive cantilena rustica. Supra
 vocavit tenuem avenam. ⁸ Prosperitati tuæ. ⁹ In tantum, ut merito
 admirari queam tantum te otii agitare. ¹⁰ Longe hinc, vel prægre-
 dientes longe; quasi porro tenus. Serv. a Protinus, id est, valde, &
 apponunt τῷ æger. ¹¹ Impello. ¹² Non sine difficultate. ¹³ Paulo ante. ¹⁴
 Binos fœtus uno partu. ¹⁵ Nempe marem & fœminam. ¹⁶ Sine foliis &
 virgultis. ¹⁷ Exilium hoc, fugam hanc. ¹⁸ Stulta & vesana, sibi ad-
 versia. ¹⁹ Fulmine afflata. ²⁰ Malum portendens. ²¹ Nobis sc.
 hoc malum. ²² Qui sit tuus, cuius mentionem facis, Deus. ²³ Dic.
 Ter. Nunc, quamobrem has partes didicerim, paucis dabo: uti accipe pro
 audi. Accipe nunc Danaum infidias. ² Aen.

TL